



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallelæ Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

§. 3. Sinus Epiri.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13167

seu

M O -

L O S -

S I S .

Ambracia colonia Corinthiorum in intimo sinus seces-
su qui ab ea nomen habet, à Thucydide μαχμωτάτη,
ab aliis ἀσπρόπυλος dicitur. Subiecta est (inquit Liuius
lib. 38.) tumulo aspero. Incolæ Perreanthen vocant:
Regia erat Pyrrhi, & à Romanis tantum proditione
capta fuit: eius incolæ dicti Ambraciotæ: Sophiano
nomen retinet, Nigro *Larta* est, melius *Arta*, vnde
sinus dell' *Arta*, vt obseruauit Leonicus.
Passaro Passaronis, cuius sæpe meminit Liuius, hi-
bernis Ro. Proconsulum, & Prætorum clara. Hic
quotannis olim Rex Epirotarum & populus iura-
bant, hic se ex animo obsecuturum, ille ex legibus se
imperaturum.

§. 3. Sinus Epri.

S I N V S { Aliter Pelodes dictus, in cuius introitu sita est vrbs
B V - Buthrotum, vnde quoque hodie sinui nomen: *le*
T H R O T I *Golphe de Butrinto*, aut *de Butronto*.

G L Y - { Aliter Thesprotius dictus, apud Strabonem Dulcis
C V S palus; nam ait Acherontem Fl. existere ex Acheru-
S I N V S sâ palude, & cadere in Dulcem paludem: in hunc
 quoque sinum cadit Cocythus Fluuius.

A M - { Victoriam Actiacam celebris, in quo de Imperio dimica-
B R A - runt Antonius, & Augustus. Is sensim oblimatur,
C I V S quandoquidem vrbs olim in eius littore, iam procul
S I N V S . distat. Dicitur hodie *le Golphe dell' Arta*, melius quam
 de *Larta*.

C A P V T V.

Descriptio Geographica Thraciae.

QVIDQVID de Thraciâ dici debet (vt Insulas eius præteream
de quibus in Græcia agemus) ad tria capita reuocari potest.
Diuiditur enim in Thraciam cis Rhodopem, Thraciam trans
Rhodopem, & Thraciam Chersonnesum.